

III.

NEOVIDENSIS

Nro 70. (*Neovidensis Nro 93.*)

Agenorides hoc mense evocavit ad suum tribunal primum Parisini Tabularii custodem, virum in Historia Gallicae revolutionis celeberrimum, Camus, quo ad constitutam diem in iudicium veniente, isthoc ad nos deferendum curat colloquium. De veterere, ac nova tolerantia Viennensi.

Elysium -- Meum. -- Die Veneris 30. Nov. 1804. (Neov. 15. Nov.)

Sententia :

Tolerantia, tu Divina proles!

Ita ante 25 annos exclamavit quidam Bavorum, verum hæc divina proles adolevit jam in virum perfectum, qui multos filios, & nepotes numerat. Tempora præterierunt, quibus cum prole hac multi tumultus excitati sunt.

Attamen etiamnunc inveniuntur Scriptores, qui hunc infantem ex veterum opinionum receptaculo cum voluptate producant, & more antiquo exornant.

Talis fuit vir, qui mense Julio hujus

anni scripsit (*quod quidem de eo vel cogitare nemini incidisset*) Viennæ quidem spiritum persecutionis Mariæ Theresiæ evanuisse, remansisse nihilominus ejusdem reliquias, quas hic, & ibi adhuc observare liceret.

Triste profecto est audire ejusmodi animadversiones, eapropter mearum esse partium duxi: celeberrimum, ac præstantissimum Regimen, tolerantiam Magnæ Theresiæ vindicare a præjudiciis, quæ gloriam ejus obfuscare intendunt.

Quam in rem utar iis argumentis, quæ apud ipsos Protestantes jam dudum omnes præconceptas opiniones enervarunt. Ut criminationem, quæ in Gloriosissimam Theresiam conjicitur, diluam, libet adferre compendium scripti, quod A. 1779 quidam e Protestantibus publici juris fecit. Si autem Augustissima Imperatrix ita tolerans erat, cui possunt reliquæ ejus spiritus obesse? Lege sis promissam epitomen.

Illam opinionem, quasi vero Viennæ nemo posset suam confessionem profiteri, nemo libertate conscientiæ, atque Religionis sine periculo frui, illam inquam ex manifesto partium studio profecta, & a turpissima ignorantia propagata opinio adeo invaluit apud plerosque Germaniæ Protestantes, ut quilibet Pater, qui suam prolem Viennam ire conspexit, eodem momento periisse judicaverit.

Interea negari nequit, duas fuisse cir-

cumstanti s , quibus hæc hominum existima-
tio nutriebatur.

Altera, non fuisse a nostris Majoribus
tot institutas peregrinationes, atque nos fa-
cimur. Illi nonnisi urgente gravissima ratio-
ne pedem e patria etulerunt, & si peregre
profecti sunt, terras alias nec illo animo, nec
oculo lustrabant, quo modo fieri consuevit,
certo quopiam loco, negotium suum absolve-
runt parum solliciti, quinam ibi mores, quæ
vigeat politica constitutio. Altera autem cir-
cumstantia, quæ præjudicium publici de ty-
rannide Catholicæ Ecclesiæ Viennensis apud
exteros sustentabat, erat longe periculosior.
Erat quondam Vindobonæ tempus, quo di-
es manibus quærebatur, erant tempora ob-
scura, ambigua, involuta, ac barbara. Au-
stria habuit more aliarum nationum epocham
tenebrarum, & infantia; ; debebat exemplo
omnium cultorum populorum præscriptos a
latura gradus transire. Eodem tempore ve-
nit Viennam quidam extraneus non medio-
cri ingenio præditus.

Hic honoris sui fautores habuit pluri-
mos. De ejus felicitate promovenda quisque
fuit sollicitus, tunc, ausim dicere, quin pro-
pterea genuinis Austriacis internum ruborem
proliciam, tunc passim credebatur, ingeni-
um, & scientias non posse nisi apud alieni-
genas inveniri, hisque cœlestibus donis po-
tissimum Lutheranos esse instructos.

Ad hanc Periodum referuntur Bartenstei-
nius, Knorrius, & alii his similes.

Hi viri modo singulari devenerunt Viennam. Principio vel erant scribæ in Cancellariis apud Lutheranos Imperii Germanici Agentes, vel negotiorum commercialium gestores, vel privati informatores. Inter omnes autem constat, illum vitæ suæ cursum finivisse ut Status Ministrum, hunc Carolo VI. amicissimum fuisse. Plerique eorum successores in abundantia honorum, & divitiarum rebus humanis exempti sunt.

Aquo tempore tolerantia religionis in Aula Austriaca supremum obtinuit dominatum, a quo principium hoc civile in codicem Gloriosissimi Regiminis Mariæ Theresiæ relatum, & pro ratione status agnitum est; ex quo oppressiones dissidentium Ecclesiarum, quæ in remotissimis Reipublicæ angulis evenere, penitus evanuerunt, ex quo Evangelicæ confessioni addictis Academiæ scientiarum, & artium, Fabricæ, & Manufacturæ patent, non est opus conquirere proselytas, ut civitas in pace, & industria in flore conservetur.

Profecto rubore suffundatur, oportet, Religio, legens in novissimis Annalibus, eodem tempore, quo Danici, & Hollandici concionatores poterant suas Viennæ ad populum in suis templis habitas Orationes typis mandare, & publice vœnui exponere, debuisse Patrem Hell in suo celebri versus Septemtrionem itinere, quamprimum Daniæ territorium attigit, vestem mutare, ne pro Jesuita agnoscat.

Præsens hæc materia ita late patet, & meo quidem iudicio tanti momenti est, ut temperare mihi nequeam, quin aliquas ejus partes, quæ quidem vulgares esse videntur, hic loci tamen, ut puto, non supervacaneæ, pertractem.

Viennæ frequentia hominum secundum communem politicum calculum efficit 200,000. Inter quos præter propter numerantur 22,300 Dissidentium, utpote Lutherani, Calvinistæ, Græci, & Judæi; Muhammedanorum exiguus est numerus. Hæc itaque summa nonam circiter Publici partem constituit.

Omnes hæc communitates celebrant suos publicos Religionis conventus. Si placet affirmare, ad essentiam Ecclesiæ pertinere res campanum, vocemus eas Domos Dei. Quia tamen character Ecclesiæ consistit in congregatione eandem fidem profitentium, & in recto cultus Divini ordine, ea propter loca pro peragendis precibus destinata, quæ Viennæ in ædibus Hollandici, Suecici, & Danici Legatorum existunt, ita etiam templum Græcorum in via teloniali situm jure merito licet Ecclesias compellere. Cæterum, uti jam dixi, campanis destituuntur.

Neque deest illis aliud quidquam, quod eas externe ab Ecclesia discriminaret; habent cathedras, altaria, organa, atque ædituos; certis diebus, ac horis clara voce peragunt sua Divina; curam habent pauperum, & infirmorum, propriis utuntur cœmeteriis,

& quidem in medio urbis, & pone præcipuum locum sepulturæ Catholicorum. Ubi suis juxta persolvunt, ibi magnificentissima videntur Mausolea, & lapides sepulchrales.

Quod ad Judæos, & Græcos attinet, his liberum est in suis Synagogis, & Templis omnem exuperantiam cæremoniarum exercere. Qua occasione sæpe obtinent publicas vigilias, ut inde rudis plebeculæ assultus arceantur.

Opificum sodales, & famuli, infirmitate correpti, eodem modo possunt ingredi publica nosocomia, & Xenodochia, quem admodum ipsi Catholici.

Dominis, & Dominabus incumbit eadem leges circa famulitium latas observare; tam ratione protestantium, quam catholicorum servorum.

Offensio hominis obtentu religionis facta refertur inter delicta publicam securitatem lædentia. Illæ autem ad exiguum numerum redactæ sacræ orationes, in quibus de controversis fidei capitibus agitur, subsunt revisioni censuræ politicæ.

Inter A catholicos, & Catholicos ineuntur matrimonia nemine interpellante, Eorum testamenta plenum habent robur in quolibet judicio.

Notum est Dominum *Spies*, qui annos natus septuaginta Viennæ vitam cum morte commutavit, fuisse Aulicum Referendarium

annu
prov
cons
no
ginta
reliq
Regi
rem
lissin
le ar
ditat
men
tum

quæ
celeb
voca
eiqu
pone
Spies
a suc
Hoc
ctiom
long

quid

ernar
pla
sive

annuo trium millium florenorum stipendio provisum, instar aliorum in publicis officiis constitutorum ministrorum. Antequam Anno 1770 moreretur, suum patrimonium octoginta ferme millium florenorum testamento reliquit familiæ Doctoris Succov, qui apud Regiam Suecicam Legationem Concionatorem agebat. Tametsi hæc summa probabilissime e Regno elata sit, tametsi Aulæ mille argumenta suppetierint disponendi de hæreditate in ejus Ditionibus parta, totum tamen legatum absque omni falcidia approbatum fuit.

Ausimne adnectere animadversionem, quæ tunc omnium Viennensium sermonibus celebrabatur? Immortalis Maria Theresia advocavit ad se, Secretarium Suecici Legati, eique notabilem vim pecuniæ tradidit transponendam in Sueciam pauperibus defuncti Spiesii propinguis titulo indemnitate, quod a suo Patruo in testamento fuerint præteriti. Hoc facto ostendit Magna Theresia se a factionibus Religionis negotia concernentibus longe remotissimam esse.

Sic quondam egerunt Marci Aurelii, sic quidam Sanctorum. —

Hæc sufficiant ad demonstrandam hodiernam Viennensem tolerantiam. Talia exempla nequit in medium proferre sive Succia, sive Dania.

In eadem hac Officina Belnayana sequens
liber his diebus praelum reliquit :

Historia Regni Hungariæ e probatissimis Scrip-
toribus synoptice deducta. Posonii 1804.
8. maj. 1 fl. 30 xr. script. 2 fl. 15 xr.

Hertzeg Piripionak tünder története, Wieland
után irta Magyar Földjéinek mulattatására
Fellegvary Agoston. 8. 1804. 36 kr.

Andromache, Bajazet und Iphigenie in Aulis.
Drey Trauerspiele vom Racine; metrisch
übersetzt von Ayrenhoff. 1804. 48 kr.

Wieland, Téli Rege. 8. 20 kr.

Kereftényi oktatás a' Búcsúkról. 8. 12 xr.

Elisa, avagy millyennek kell lenni az Afzfony-
nak. 8. 1 fl. 30 kr. in Charta scriptoria 2 fl.

Theophron, vagy a' tapasztalt Tanácsadó a' ta-
pasztalatlan Ifjúság Hasznára. 1804. in 8. 1 fl.
45 kr. Posta papirofira 3 fl. Fényes papirofira
6 fl. 40 xr.

Atala, vagy két Indus' szerelme a' Luizianai Pufz-
tákon. Kötve 1 fl. 8 kr. Posta papirofira 2 fl.
Fényes papirofira 4 fl.

Atala, ou les Amours de deux Sauvages dans le
Désert, par F. A. Chateaubriand. 12. rélie 1 fl.
8 xr. sur Papier de Poste. 2 fl. — Velin 4 fl.

Bárdosy, Moldavensis vel Szepiensis Decimæ In-
dagatio est proxima terræ Szepusiensis, & huic
innexarum, sacro - profanarum Jurisdictionum
evolutio. 4. maj. in charta scriptoria 2 fl. 30 xr.
in impressoria 2 fl.
